

Quamvis virtutem livor, Tschondere, sequatur:

Quæ debetur ei, laus tamen illa viret.
Tela fer Invidiæ, Templum scansurus
Honoris.

Post onus insequitur grande perenne decus.

F I N I S.



APOSPASMATORUM.

MATTHAEI ZUBERI

Bavari, Poëtæ

Laureati, Oſternio.

AGRAGRIUS.

Αάλει, α̅ δει̅, και̅ ο̅τι̅ δει̅, ε̅ ι̅σ̅τ̅ε̅ρ̅ ω̅μ̅
δει̅, η̅ ο̅σα̅ ακ̅ε̅σ̅φ̅ε̅, α̅ μη̅ δει̅.

AUGUSTINUS.

Qui volens detrahit famæ meæ, nolens
addit mercedi meæ.

DEMOSTHENES.

Ὁ̅. ε̅κα̅ς̅ π̅ο̅ι̅ο̅ι̅ς̅ ἤ̅δε̅ται̅.



Olfnæ Sil.

Typis Johani Böslemesseri.

ANNO

M. DC. IX.

13.

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
ET ADMODUM STRENUIS VIRIS, DN.
JOANNI, ET DN. DANIELI AB HESS, IN
STAIN, WEIGELSDORF, ET BRANTSCH, & C.
FRATRIBUS GERMANIS, EQVITIBUS
SILESIAE: DOMINIS & PATRO-
NIS EIUS OBSERV.

HESSIADÆ Fratres, Gens cordatissima, cuius
Nobilitas celebres vera recenset Avos:
Inq̄ dies crescit magis & magis ubere palma,
Unaq̄ Virtuti se sacrat, una Deo:
Integra constitui vestris Epigrammata palmis
Tradere, jam nono tota parata die:
At mihi nescio quis dextrā suggestit in aurem:
Si divinandum sit mihi, Phœbus erat:
Aut certè OELHAFI⁹, domin⁹ PROTSCHÉIDOS
Vos delectari, qualia mitto, magis. (arcis:
Submonitus morem gessi, scripsiq̄ libellum,
Quem vobis gratum Spes ait ipsa fore.
Materiaq̄ aliàs haud trita publicus usus
Autorem liquidi pectoris esse jūbet.
Accipite ergò animis hec qualiacunq̄ benignis,
Quādoquidem fieri munera vestra volunt.

VESTRAE MAGNIFICENTIAE
observantissimus

M. Zuber / P. L.



L. 305045

Apospasmation.

I.

Colligat ut nummos, rursus ne perdat eosdē,
Hæc duas pœnas omnīs avarijs habet.

2.

Cotidiē Natura novas studet edere formas.
Nam quod perpetuò stet, nihil illa tenet.

3.

Intractabilius nihil & morosius usquam,
Quam, quem spes ludii prosperitatis, homo.

4.

Nō benè cocta, tamen potis est cerevisia vendi.
Concoquitur stomacho daps malè cocta bono.
Nec, malè qui pisti, panes emptore carebunt.
Unica non vendi prava marito potest.

5.

Compositi pulcrâ mores in virgine sunt.
Moroso in vuluū gratia tota perit.

6.

Fur se suspendi novit, sed credere non vult,
Quod possit, quando venerit hora, capi.

7.

Non eget ullius per se bonâ causa patroni.

8.

Ad se minorem causa major attrahit.

A 2

9. Haud

9.
Haud facile emergit, cuius conatibus obstant
Res angusta domi, lingua maligna foris.

10.
Contra mandatum qui fecerit, ille meretur
Pœnam, si vel res sit bene gesta satis.

11.
Nullam caussatur fieri bona femina legem :
Famina enim quovis tempore rara bona est.
Semper caussatur figi mala famina legem :
Famina enim quovis tempore multa mala est.

12.
Quam cuiquam quicquam donet, magis obli-
gat omnis
Famina se: namq; est omnis avara nimis.

13.
Infamis non est meretrix. infamia facti
Excusare potest, minus hanc infamia juris.

14.
Usura non propter lucrum petentium
Infligitur, sed ob moram haud solventium.

15.
Que filij vult persequi mortem, prius
Probato se veram esse matrem mortui.

16.
Proditor est hominis, sonus exoneratus in au-
rem.

17. Duo-

17.
Duobus ex contrarijs
Fit temperamentum optimum.

18.
Nullos permittunt in formâ paupere leges
Vivere, nec pressos anxietate mori.

19.
Secunda vota siqua vidua cogitat,
Tria optima illa negligit: primò DEUM,
Deinde defuncti MEMORIAM conjugis,
Tum liberorum CARITATEM dulcium.

20.
Multi multa vident, unus videt omnia nusquã.

21.
Quicumq; iudex vult mereri gratiam,
Severior non debet esse Legibus.

22.
Admittitur muliò magis superfluum,
Quam, quod necesse, omittitur.

23.
Qualibet in causâ fugiens suspectus habetur.

24.
Quisquis vacillat, testis, haud fidem facit.

25.
Cogente nullo jure quod conceditur,
Donatur ultrò, nec repositi convenit.

A 3

26. In:

26.

In actione criminali, festa sit
Licet dies, incarceration tamen
Conceditur. Sed esto iudex providus,
Verè ut sit ista criminalis actio.

27.

Ex aliquâ causâ qui damna aut commoda
sperat, (erit
In causâ hâc iudex haud facîle æquus

28.

Qui veritatem non refert,
Mortale peccatum patrat.

28.

Non actio vitatur ulla, si levis
Omissa sit solemnitas.

30.

A REGULIS JURIS recedunt PRACTICI,
Quando in morâ est periculum.

31.

Multò majorem pœnam periurus habet,
Civilis fidei quàm violator habet.

32.

Nequaquàm sumptus, prohibentur munera
tantum,
In causâ testes si producuntur agendâ.

33. Optima

33.

Optima amicitia est tenero contracta sub ævo,
Maximè ubi studijs lata juvenia vacat.

34.

Quùm de duorum fortè lucro queritur,
De jure causâ possidentis melior est.

35.

Qui patri aut domino morem non gesserit, iste
Reverà nunquàm fraude carere potest.

36.

Non decedit à patris, cuiuscunq; relinqitur uxor,
Dulcia quæ gravido pignora ventre gerit.

37.

In Majestatis læse si crimine testis
Impubes fuerit, sat testis idoneus ille.

38.

Jure in Civili pro nullo servus habetur:
In Naturali, jus quoq; servus habet.

39.

Non improbus potest videri, solvere,
Qui nescit, quod debuit.

40.

Ubi majus est periculum,
Ibi est agendum cautiùs.

41.

Fiite aliis longè vitiosior esse putandus,
In se (quantum ad se) qui vitiosus erit.

42. Sa-

42.

Sanitas mentis Medico probanda,

43.

Sanguis secundus dicitur Opulentia.

44.

Non succurritur huic (vetantq; leges)
Imponit sibi qui necessitatem.

45.

Splendidiore nihil toto praeferat Orbe
Lumine, quam terra principe recta fides.

46.

Quam quis habet, quacumq; habeat, quocumq; re-
Plus alii juris tradere nemo potest. (donet,

47.

Nemo sui poenam delicti evadere debet,
Quamvis mandato fecerit alterius.

48.

Quanquam suis Princeps solutus legibus,
Tamen studet secundum easdem vivere.

49.

Qui negligenti res amico tradidit
Custodiendas, imputet damnum sibi.

50.

Sexus virilis feminino sexui
In omnibus negociis preponitur.

51.

Qui de fide, aut qui de fuga suspectus est,
Capi potest in Feriis.

52. Suo

52.

Suo quidem renunciare quilibet
Potest favori. at. quum renunciatus est,
Odio laborat. iste funestissimo.

53.

Non in divitiis, verum versatur in una
Cujuscumq; fide testis idoneitas.

54.

Quem nimium fortuna fovet, stultum efficit
illum.
Noli me stultum reddere, diva. fore.

55.

Uxorem furtim raptam perquirere noli,
Nec que sponte sua fugit. te quisq; vocabit
Felicem, si non fugiendi praebita causa est,
Quod sis a tali carnato damone liber.

56.

Beneficio generosa pectora arctius
Diutiusq; continentur, quam metu.

57.

Non solvit pacem, primus qui bella movere
Inchoat: insidians qui tempore foederis arma
Sumpserit, iste mihi bello exsultare videtur.

58.

Lex omni facto sufficit ipsa sibi.

A 5

59. Non

39.

*Non intelligitur mora esse facta,
Quâ re nulla petitio praeruit.*

60.

*Interpretandus omnis in Dubio actus est,
Valere quò sciat, perire nesciat.*

61.

*Contractus emptionis inter conjuges
Celebratur, ac donatio illorum irrita est.*

62.

*Opiniones glossa quæ refert duas,
Amplectiturq; neutram earum, ad alteram
Videtur inclinare, quàm primam, magis.*

63.

Delictum, Voces contemnere Casarû, ingens.

64.

*Qui benefactorû memor est, laudatur, amatur:
Qui malefactorum; moritur, quùm corpore*

65.

(vivat.

*Excusat facti, non ignorantia juris.
Jus omnes; nemo scire omnia facta tenetur.*

66.

*Colluvies hominum, qua legibus invidet aures,
Nec jussas curat res, cohibenda metû.*

67.

Quò major crux est, propior DEus esse putatur.

68. Mutus,

68.

*Mutus, ut & surdus, si non vi vocis agendum,
Sed muti & surdi presentia sola rogatur,
Quùm cognoscendi ratione valebit uterque,
(At muto surdus plus,) respondere videntur.
Absentis verò furiosus habebitur instar.*

69.

*Non negligentibus, sed impotentibus
Succurritur, si maximè implorent opem.*

70.

*Qui leges tibi vis habere amicas,
Restringas odia, amplius favores.*

71.

*Ille jubet verè, sensûsq; accendit ad arma,
Qui non, quùm possit, vim prohibere
(sola.*

72.

*Regula, qua causse quadam conjectio, perdit
Officium, simulac est violata, suum.*

73.

*Qui patris imperio pâret dominove jubenti,
Non velle, ut faciat, creditur iste mihi.*

74.

*Quisquis coactè benefacit, nihil facit:
Quiq; ex timore benefacit, fraudem ligat.*

75. Qui

75.

Quam uon fortuna casus violaverit ullus,
Prosperitas usquam tam bona nulla fuit.

76.

Fortuna in melius plarumq; tonitrua vertit,
Qui magno quidvis pectore ferre potest.

77.

Bellum stat famâ. fugit hinc, quicumque re-
cedit.

Rarus, quàm maneat corpore, mente
manet.

78.

Munera qui confert, quàm consent, ista mi-
noris (tet.

Estimet: & majus, quod capit, esse pu-

79.

Multa, qd esset amor, factura puella periculum,
Turpe sua spoliū virginitatis erat.

80.

Quem condemnavit sententia plurima, debet
Absolvi: damnat quem gravis una, perit.

81.

Turbator pacis legumq; excluditor urbe,
Salvi atq; incolumes intra quò mania simus,
A quo non tuti poteramus legibus esse.

82.

Infectum, contra jus factum, debet haberi.

83. Con-

83.

Conjugio castus juvenis felice beatur.
Vix datur impuro pura puella proco.

84.

Qualem quisq; gerit se, talis habetur, in aulis
Regum præcipuè, quæ mores aspera censer,
Moribus inscitis turpissima sæpius ipsa.

85.

Non, quid sit Romæ factum, spectabis: id
unum,

Quid fieri Româ debeat urbe, vide.

86.

Creditur utilius permitti, scandala nasci,
Quàm deseratur veritas.

87.

Concedunt agris jejunia frangere Leges.

88.

Illicite, aut per vim, quæ vè introducta latenter,
In nullâ stabili possunt subsistere formâ.

89.

Hæc rata non habeo, nec me rata coget habere
Ullus, quæ non sunt nomine gesta meo.

90.

Qui facit ex aliquo Domini præcepta timore.
Non facit ille, aliter quòd facit, ut
faciat.

91. Que

91.
*Que contra officij leges à iudice fiunt,
Nullibi subsistunt viribus ista suis.*

92.
Dictio pluralis numero est contenta duorum.

93.
Par dissoluta negligentia est dolo.

94.
Error non vitiat contractum in nomine, fir-
(mat.

95.
Hoc possumus, quod commodè nos possumus.

96.
*Ne, quam lex statuit, iudex transcendito
pœnam.*

97.
*Cur geminas aures, cur os Natura dat unum?
Nos audire decet plurima, pauca loqui.*

98.
*Ampliat, aut prorsus torturam liberat. ἀλφα.
Tristis supplicii litera καπτα nota est.*

Apospasmatorum
FINIS.

M. JO-

M. IOANNES SCHEI-
BELIUS SECUNDUS, POETA
LAUR. CÆSARIUS, ad M. ZU-
BERUM, P. L.

NÆ, ZUBERE, vir es. tu vatib⁹ omnibus
Omni penè solo præripis omne decus. (unus
Quùm rugoso alij crucient sua carmina sensû:
Arctas jucundâ tu gravitate tua.
Id truncata probant satû hæc meletemata. plena
Lâude quidem magnâ, sed magis invidiâ.
Quam tu nō dubitas studiorum dicere matrem,
Nutricemq; sacri nominare Chori.
Invidiosus homo felix censetur: habetur
Invidus infelix, obstat & ipse sibi.
Ipse sui tortor, miser ipse suiq; vorator,
A curis vacuo te Genio esse jubet.
Plures in similem si tentent scribere finem:
Dissimilem laudem, iudice quôq;, ferent.

✠

Konserw. i oprawę
wyk.: K. Labuz
/1993/





